(Nam neq; fraudis erat cooptæ immemor) ista profatur:  
Stant geminæ coram pater optime maxime fortæ.  
Elige. si qua tuæ pars est gratissima menti.  
Dixerat ista dolis. at Iupiter omnia cernens  
Hæc nouit. necq; enim latuit dolus improbus illum,  
Quid faciet: mox ille uiris graue lumina torquens  
Plurima quæ possent animo librabat obesse.  
Hinc adipem ille manu cudentem sumit utraq;  
Excutit extra furor. uultuq; impingitur ira;  
Alba q; exertis conspexit fraudibus ossa.  
Quo sit: ut illa uiri sacrasadolere per aras  
Assueti ueteris imitentur originis usum.  
Tum demum iratus cæhi cui numina parent  
Iapetonidæ qui præstas omnibus inquit  
Consilio: cooptas neq; enim sinis improbe fraudes.  
Talia turbato mittebat Iupiter ore.  
Proinde doli memor abdiderat mortalibus ignem.  
Id satus Iapeto sensit: ferullaq; fauillas  
Iniiciens tepidos terris clam detulit ignes:  
Tanta louem medio sub pectore cura momordit:

Affecitq; grati neg; enim mediocriter ira.  
Pro raptis igitur flammis mortalibus ingens  
Addidit ille malum.uulcano nanq; pudicæ  
Iussit ut e terra formaret plasma puellæ.  
Iussa facit deus ambiguo qui crure laborat?  
Compsit eam multo pallas tum cesia cultu.  
Donauit Zona:nec abest argentea uestis.  
Ipsa manu dea palliolum mirabile uisu  
Explicat:inq; humeros a fronte reflectit eburnos.  
Fertur & hanc tenera quos ungue reuulsit ab herba  
Floribus aurataq; caput redemisse corona.  
Lemnius hanc docta deus insignierat arte:  
Inq; illa longosq; dies multumq; laborem  
Impendit.placuisse Ioui sic ille putatur.  
Sculptilibus pinxit uariis & imagine multa  
Nam quæcunq; mari quæcunq; animantia terris  
Apparent:in ea uiuunt.micat indita late  
Gratia:neu tantum pictas motare figuræ  
Membra sed has ueris affirmes uocibus uti.  
Ut pulchrum mox ille malum.uice nanq; bonorum  
Fecerat:hanc oculis hominum diuumq; paetere  
Exhibit:allatis ea deinde superior ibat  
Muneribus:largaq; nimis gaudere Minerua.  
Astantes stupor inuasit:mortalibus inde  
Quod grauior frauus est & inexpugnabilis ortus  
Femincum genus hinc ortum sexusq; proterui  
Progenies effecta:uiros quæ lacerare nata est.  
Hos puto qui rebus non consuluere:sed omni  
Tempore cum satie libito sunt uentris abusi.  
Quale fauis examen apum dulciq; liquore

Cernimus infames haud raro pascere fugas:  
Per thyma mane uolant & pieta per arua teperi  
Sole uagæ: cerasq; legunt & dulcia mella.  
Prædo latet: curuoq; uorax sub uimine uidit:  
In suaq; abdit edax alienos exta labores.  
Talis in humanis prius ab Ioue feminæ rebus  
Est data flagitiis hominem quæ lædat inquis.  
Altera mortales est uisa laceſſere pestis.  
Nam qui coniugium spernit: nomenq; mariti  
Triste fugit: nescitq; tori parere quereliss.  
Hic altore licet careat: multaq; senecta  
Sit grauis: & prona prospectet fronte sepalchrums.  
Indiget haud uictu uisaens solitaq; diæta.  
At postq; uita excessit: pro quanta relictas  
Turba fit inter opes. lætas pars una nouales  
Diuidit. inuentum pars altera diripit aurum.  
At cui ducta fuit multa uirtute marita:  
Sit cara: sit prudens: sit & integra moribus illa  
Aequabunt mores secum mala nata probatos.  
Inſocelix sin si fuerit: cui foemina neq;  
Nupſcrit: o quantæ uiuent in pectore curæ:  
Quod fit ei nulla morbus medicabilis arte.  
Sic animum transire Iouis mentemq; latere  
Non datur. hoc in ſe probat haud impune prometheus.  
Multorum licet is prudens rerumq; peritus  
Eſſet: erant tamen hunc quæ lædere uincula poſſent:  
Quin & Briarei fastum cottiq; Gygisq;  
Uranus ut uidit pater admiratus eorum  
Corporis ingentem molem ſpatiosacq; membra  
Sicut erat: ualſta terræ furiatus abyſſo

Lecit: & infernas ait ea habitare tenebras.  
Hic dolor æternus lugentibus hic erit horror.  
Iupiter haud multis posthac labentibus annis  
Quosq; dei Rhea Saturno conceperat atrum  
Vnanimes adeunt erebum: clausosq; gigantias  
Exoluunt. uasti ualuz sonuere baratri.  
Consiliis auia rursus telluris in alnum  
Apparuere diem. caros nam terra nepotes  
Cum tribus his docuit palmas ex hoste futuras.  
Nec mora bellum oritur patruis Titanibus ingens  
Cum Ioue multa Iouem fratum tutella leuabat.  
Quiq; recens Stygias erebi liquere catenas.  
Pars ea de summo librabat spicula cælo  
Tæla. suis dedit editior Titanibus Othrys:  
Inq; Iouem & fratres uibratas fortiter hastas  
Proiiciunt: pulsante polum. tremit ille cadenti  
Poene par. arma dei trepidant. trepidantibus arma  
Porrigit: inq; suos graue Iupiter excitat hostes.  
Tanta fuit belli sitis & mortius ardor.  
Ut plusq; denos produceret arma per annos.  
Ambrosiam in terra sociis apponit in escam  
Nectareosq; palam calices: quibus illicet haustis.  
Lucundos subiit non patica elatio diuos  
Vidit: & inquit diuum pater atq; hominum rex:  
Vos o terra uocat cælo quos coniuge natos:  
Iam pridem bello multos absumpsimus annos  
Sperantes decus & palam uirtute parare,  
Hinc nos inde nocens non paruis uiribus hostis.  
Eia agite inuictasq; manus uiresq; potenti  
Pandite nunc animo: atq; Othrym expugnante superbū

Haud certe immemores loue q; ductore soluti  
Venistis.nostro stygiam superastis abyssum  
Consilio nexusq; grauestur pesq; tenebras.  
Hæc ait.æquato respondit pectore Cottus.  
Summe parens nobis haud ignorata profaris:  
Nam neq; nos sensu neque nos ratione caremus.  
Scimus enim q; sis diuum tutela paterq;  
Qui stygios coluere sinus infernaq; regna.  
Adsumus en reduces misero de carcere passi  
O hominum diuumq; parens iudigna relatu.  
Sed quid pro tantis meritis reddemus: in arma  
Ire iuuat; belloq; tuas defendere partis.  
Firmior hæc nobis mens est:certumq; sub alto  
Pectore consilium:dicentem talia Cottum.  
Ore auido exhaustere dei.mars ergo calere  
Incipit:& multo bellum clamore uocari.  
Vna diiq; deæq; uocant:quos maximus olim  
Saturnus natos Rhea paciente creauit.  
Vidisses & quos gelido disoluit ab horcho  
Iupiter:& nostrum traxit miseratus in orbem.  
Instantis studio late gestire duelli.  
Marte graues hilarant:uastis & viribus arma  
Expediunt:centumq; manus & brachia centum  
Quisq; gerit.capitum ex humeris secundius agmen  
Funditur,in ramos ea quinquaginta secantur.  
Et iam dira cohors Titanibus obuia passim  
Rupibus excisis saxosa uolumina torquet.  
Titanum contra per agros fulsere phalanges  
Viribus ingentes & ad omnia bellica promptæ.  
Curritur:inq; uicem mixtum graue fluctuat agmen.

Clamatur. tunsum roboat clamoribus æquor,  
Horruerat tellus. pulsus suspira cælum  
Edidit: & lachrymis fleuisse putatur obortus.  
Tantus erat diuum fragor: ut contritus olympus  
Nutaret: crepitumq; graui concederet axis.  
Ipsa nouos sensere pedum stupefacta fragores  
Terrara: terribilis metu fuit undiq; clamor  
Pugnantum & si qui uertissent terga sequentum;  
Interea mixtis uicibus dum tæla uolarent:  
Aureaq; immanis stridor contunderet astra:  
Ipse deum pater haud ultra eohibere furorem  
Nouit: at irata iam dudum mente coactas  
Ostentat uires. rapidos de nubibus ignes  
Spargit: & a summo flammæ intorquet olympos.  
Fulgurei uolitant crines & fulgure peius  
Eulmen, ab horrisonis erumpunt nubibus ambo.  
Infremuit passim sparsis ambusta fauillis  
Terra: nec arboreis siluis sacra flama pepercit.  
Pontus & horrendis effebuit æstibus ingens.  
Oceanus. uapor aduersos defauit in hostes.  
Quin lux aerium cælotenus attigit orbem:  
Titanumq; oculis immersit clara tenebras;  
Ne ue sacro calor est uisus splendore carere.  
Haud secus hæc oculis uidisset; & aure patent<sup>i</sup>  
Hausisset spectator ibi si forte fuisset:  
Quod si terra graui crepitum mundusq; coirent.  
Terraq; per partes fluenter: mundusq; dehiscens  
Sideret: & multa conuolueret astra ruina.  
Horruerant fremitu uenti: lateq; coactos  
Pulueris attolunt montes. tonat undiq; cælum:

Arma Iouis nec fulgur abicit nec ab aethere fulmen.  
Perq; graues uolitantes ualidic; per agmina uenti.  
Fit fragor: heu quanta crebeluit numine lite,  
Quantum quisq; manu potuit: monstrauerat hostiis  
Nec prius abstinuit bello: quam flectere coepit  
Vna per auersos acies turbata maniplos.  
Ante ferox nam Briareus Cottusq; ruebant:  
Quiq; Gyges nullam patitur cum marте quietem  
Tercentum torquent pugnando per aera saxat  
Marmoreumq; manu graue de super hostibus imbreui  
Præcipitant. rapit umbra diem: densantq; sub iplis  
Cautibus horrendæ sub lata lace tenebræ.  
Fit fuga: subq; solum titania turba repente  
Truditur: & ualidis ibi cogitur esse cathenis:  
Sub styge Tytanes cæco clauduntur & horcho.  
Hinc tanto refugit spatio telluris orizon  
Editior quanto polus a tellura recedit.  
Ferreâ tartaream spes circundedit aulam;  
Quam circum triplicis nox atra uoluminis orbem  
Implicat: & nimias auget densata tenebras.  
Sub styge radices telluris & æquoris altum  
Educunt caput: & superas tolluntur ad auras.  
Ultimus est illic terræ locus. horrida porro  
Illuuiies scatet: & saeuos alit undique uermes.  
Talia Titanes uobis ergastula magnus  
Iupiter indidit: & miserum uos trusit in antrum.  
Haud retroferre gradus licet. irrevocabile fecit  
Ex herebo Neptunnus iter. duro hostia ferro  
Cudit: & admoto mutum construxit in ære.  
Briareus simul accessum Cottusq; Gigesq;

Obseruant: multaque fide loca septa tuerentur.  
Illic sidereus polus infernæque paludis  
Regia concretis & tellus atra tenebris:  
Et quod pacatis æquatur fluctibus æquor  
Quisq[ue] sibi proprios fines & flumina seruat.  
Quis labor heu quales ibi uiuunt denique uermes?  
Ordine cuncta carere putas. chaos omnia miscet.  
Haud breuibus stygiæ repetuntur callibus ædes.  
Esto q[ui] in primo uegetus sit poste uiator:  
Tartareæque citus petat interiora paludis:  
Longa diuturni prius orbita definet anni  
Quod medios illi sit fas intrare penates.  
Hinc q[ui] & hinc aditus turbo rapit. ille deorum  
Numinibus plæruncque grauis saeuusq[ue] putatur.  
Scilicet hoc monstrum multa caligine noctis  
Tecta notat: densisq[ue] tegit sub nubibus aulam.  
His coram cælum tenuisse promethea dicunt:  
Infractasq[ue] manus sublataq[ue] colla gerentem.  
Nox illic clarusq[ue] dies uestigia dicunt  
Mutua: perq[ue] uices soliti sunt reddere uerba.  
Nunc is ferratos nunc permeat altera postes:  
Cumq[ue] dies exit: nox intrat: cumq[ue] ea limen  
Linquit: aperta dies tenebris adit hostia pullis:  
Haud una manes habitant. ubi cesserit alter:  
Non nisi decretam redit altera uiderit horam.  
Lucidus is multo mortales lumine donat  
Nubibus ista caput graditur uelata manuq[ue]  
Fert somnum somno mors est soror. ambo penti  
Pignora dicuntur nocti: stygiæque paludem  
Vnihabitant: quorum radiis nunquam attigit ora.

Seu sol cum scandit seu cum descendit olympum.  
Ex his unus humi totoq; cubilia ponto  
Somnus habet: dulcemq; homines dat habere quietem.  
Alterius cor in ære riget, præcordia duro  
Stant ferro, nihil est pietas quod molliat intus.  
Quem primum capit: haud unquam crudelis habire  
Sustinet heu pariter superis infensor hostis.  
Quin et tartarei latet infima numinis illic  
Regia: prædoni qua persephonea marito  
Iungitur: inuitis & eum uix accipit ultis.  
Infremit horrendum diris stridoribus aula.  
Ante sedet canis immissis & custodia limen  
Fraudibus aggreditur: si quis subit aduena. cauda  
Blanditur. geminaq; procrax submurmurat aure.  
Si redditum temptes: grauior non ille redite  
Te sinet: infestos sed agens ab imagine uultus  
Corripit: uastiq; uorax te uentre recondet.  
Infernū porro diuis metuenda baratum  
Styx habitat: canos uenerabilis ambulat annos.  
Eminus a cælo depresso possidet arcem.  
Grandia sunt cæcæ domui pro tegmine saxa.  
Sculpsit in argento multas circum alta columnas  
Atria: sidereo quarum caput imminet orbi.  
Hanc prope Taurantis uersatur nata per altas  
Aæquoris Iris aquas. Iouis est ea nuncia magni  
Nam seu diis oritur grauior contentio: siue  
Turpiter illorum linguam mendacia fcedent.  
Aut iusurandum præstent: uolat ocyor Iris:  
Formosamq; auro stygiis in fluctibus urnat  
Mersat: & hinc gelidum cælum super eucdit: amnet.

Frigidus his annis: saxo quia decidit alto:  
Subq; diu tellure natat: noctuq; nigrantes  
Fundit aquas. Styx oceani pars dena putatur.  
Aequor & extantem reliquas circundere terram  
Dicitur: inq; ipsum spumoso uortice potum  
Præcipitant. superos tantum pars unica lædit.  
Nāq; deum quisquis potuit periurus haberis.  
Deprehenso talem luit his pro crimine poenam.  
Debilior totum recubat prostratus in annum.  
Ambrosiam non ille dapem non nectaris ille  
Fœcundo sacrum babit e cratere liquorem.  
Vox illi non ulla. trahit uix uiuus anhelam  
Ore animam. iacet immitti sub tergore tectus.  
Iamq; novi serus redit illi circulus annis:  
Peste q; exilla fit liber. at altera maior  
Rursus adest. nam lege nouem procul exular annos  
Et neq; sidereis mensis conuiua vocatur:  
Consilium nec adire Louis coetusq; beatos  
Huic licet: extremum iacet at depulsus ad orbem.  
Interea decimum sibi conuertuntur in annum  
Solis equi: mutæq; piant periuria linguae:  
Iamq; ablutus adest. uenit ad conuiua rursus  
Perq; choros: longam luerat qui crimine poenam.  
Mos ita iurandi diuis. tanto extat honore  
Styx canas grandæua comas. iter illa natare  
Angustum solet: & nullo corruptitur ævo.  
Hic obscura suos tellus & pontus & ater  
Tartarus & magni cæli domus ordine fontes  
Quisquis habet. quid quod saeuis loca uermibus illic  
Horrescunt: animosq; deum formidine turgent.

Ferrea marmoreis durat ibi limina partis  
Continuis compacta simul radicibus harent.  
Hæc loca Titanes habitant: soliq; lacuna  
Demersi socia soli caruere caterua.  
Qui parti affuerant Iouis auxiliaribus armis:  
Oceani uastas habitant sub gurgite sedes.  
Cottusq; atq; Gyges generum deus æquoris altis  
Briareum Neptunnus aquis selegit: & illum  
Cymopolea tuo noctu dedit esse cubili;  
Ast ubi de cælo Titanas Iupiter alto  
Expulerat: nuptam duxisti Tartare terram.  
Iam tumet illa sinus, iam facta puerpera natum  
Dicitur excretæ admouisse Typoea mammæ.  
Iam puer ingentes humeros iam fortia tractat  
Brachia. continuoq; pedes agit ille labori.  
Statq; ferax capitum ceruix velut arboris ingens  
Innumeros truncus qui spargit ad aera ramos  
Si numeres: centumq; manent spaciemq; draconum  
Ora gerunt ductis uisæ aera lambere linguis.  
Acrior ex oculis ardebat flamma: nec unum  
Ille sonum: centum reboabant uocibus ora.  
Quin & murmur erat uarium. mirabile dictu  
Dixisses exinde deos certissima fari.  
Non nunq; indomitos coram mugire iuencos:  
Nunc catulos latrafse putas: nunc saeva draconum  
Guttura terribiles de montibus edere uoces.  
Perq; cauas ualles: perq; altos murmura colles  
Spargit: & haud una se uoce Typhœa reddit.  
Et iam res eius uoto cessisses: & ipsis  
Iura deis daret & toto regnaret olympos.

Ni tantum facinus procul aduertisset acuta  
Mente deum pater, ingenti nang⁹ ille fragore  
Intonuit: sparsitq; sacros de nubibus ignes:  
Terraq; cum cælo commota referbuit æquor  
Fluctibus: oceanusq; graues exhorruit undas.  
Nunc Ioue nunc diu in hinc inde ruentibus orbis  
Iatremuit, dubia timuerunt astra ruina.  
Heu heu quanta parens traxit suspiria tellus.  
Hinc tonitus fremit, inde grauem dare fulgura lucem  
Visa: nec assiduis cessabant fulmina. tælis.  
Perq; solum cecidere faces: perq; ardua cæli  
Culmina: nec liquidis facra flamma peperceraundis,  
Sensit & ipse minas imi regnator auerni:  
Atq; suis timuit nimium graue manibus horches.  
Titanum tum densa cohors sub carcere nigro  
Saturnum multo circundedit acta fragore.  
Viribus armatur tum Iupiter: armataq; sumpsit  
Fulgura, non tonitus defunt non fulminis ignes:  
Exiliensq; loco summiq; cacumine cæli  
Introrsit de nube faces, diuina Typhoei  
Ora micant: sacrisq; iacent exulta fauillis.  
Ingemuit nato tellus ardente profundi  
Fulmina senserunt montes: multumq; pentis  
Iam fuit exustum: ceu plumbum sæpe frequentes  
Aut ferrum candente fabri fornasse minutis  
Excidunt frustis, feruenti liquitur ignis:  
Perq; solum domitum ueluti natat unda metallum  
Iupiter hinc stygiis trusisse Typhona cauernis  
Dicitur infames uomit is de gutture uentos.  
Non boream non ille Notum zephyriue tepantis

Flamina non nigris Argesten spirat ab Indis.  
Quos diuum genus esse putas quis commoda narrat  
Illorum erga homines mittit qua flabrum Tiphœus  
In mare precipitant frustra pontumq; uigrantem:  
Turbineq; erumpunt uasto labat ætheris omnis  
Machina mortales passim euersura labores.  
Puluerei densant nynbi sublataq; uento  
Siluarum sermenta uolant: perq; aera longum  
Errantes qua parte ruant:qua dcniq; campos  
Tempestate premant: miseri didicere coloni.  
Sunt alii freta qui uerstant: puppesq; procellis  
Inuoluunt. frustra oratis suffragia nauitæ.  
Ast ubi cælicolum labor est expletus:& ipsi  
Titanes poenas Ioue iam uictore dedere.  
Imperium unanimes terræ cæliq; tyranno  
(Consilium tellus dedit) ascripsere tonanti.  
Hinc prius is meritos sociis discreuit honores.  
Et iam regali stabat sublimis in aula  
Metida cum primum thalamo uocat. illius uxor  
Esse prius Metis meruit. namq; una deorum  
Atq; hominum coetus est scita reperta per omnis.  
Intumuere sinus. parituram Jupiter arte  
Dulcibus& uerbis uteros exegit ut inter  
Pallada comprimeret. genuit nam Pallada Metis.  
Consiliis illam cæli terræq; fefellit.  
Namq; Ioui amborum nimium sollertia cauit.  
Præter eum summo neu quis regnaret olympos.  
Namq; erat in fatis orituram ex Metide doctam  
Pallada cui patrias uires æquare liceret.  
Quinet cum Metis regem diuumq; hominumq;

Qui nimis elatis animis foret: sedere ueller  
Egit ut excretam cohibere Iupiter aluum.  
Talia nanci Loui: persualit terra nepoti.  
Dein horas Themis ediderat Louis altera coniunx  
Iusticiam legemq; bonam pacemq; uirentem  
Quicquid agant homines tres obseruare putantur  
Hic quoq; fatales genuit de coniuge parcas  
Iupiter. huc Gloto: Lachesis fuit altera: sedem  
Atropos extremam tenuit. decus omnibus ingens  
Addiderat pater: & multo donauit honore.  
Nanci mali uis atq; boni dicuntur habere:  
Proq; suo tres cuncta regunt mortalia nutu.  
Tresq; Loui charitas praestanti corpore nata  
Ocean o tulit Eurinome: si nomina queris:  
Aglaie prior: Euphrosyne Thalieq; sequuntur:  
Ex oculis pulchrum aspiciunt. iucundus ab harum  
Sidereis irrorat amor de more pupillis.  
Adde uirum foecunda Ceres experta tonantem.  
Persephonen parit. heu Stygio nimis illa tyranno  
Dum placet: a cara rapta est loue dante parente.  
Quinet Mnemosynem (comptis erat illa capillis)  
Vidit ut: o dederis mihi tu quoq; pignora dixit  
Ergo nouem peperit formoso corpore musas.  
Nec uigor his semper nec delectatio desit.  
Latona posthac congressus: Apollinis ingens  
Progenuit iubar & claram uenando Dianam  
Ultima Iuno placet. thædæ placuere sororis.  
Hac lucina oritur simul & spectabilis hebe:  
Et Mars commotis semper qui fluctuat armis.  
At cui cunctarum rerum est concessa potestas

Pallada sœcundo potuit peperisse cerebro;  
Armatas ea sæpe acies durosq; tumultus  
Excitat:& medios grauis it nec iniqua per hostes  
Quicquid agit:patrium seruat ueneranda decorum?  
Sic quoq; nullius commixta libidine luno  
Te vulcane tulit sed non sine coniugis ira,  
Insignemq; deos te redidit arte per omnis.  
Neptunno at Triton Amphitriticq; procaci  
Nascitur.auratas habet ille sub æquore sedes:  
Atq; una matri comes it regiq; parenti.  
Heu grauior nimium Triton deus aurea Marti  
Pellito citherea metum trepidumq; timorem  
Gignit.uterq; grauis bello pugnantibus esse  
Dicitur:& densas pariter turbare phalangas.  
Nec non harmoniam gaudet qua coniuge eadmus  
Progenuere.Ioui præconem Maia deorum  
Mercurium Atlantis peperit Dionysè creatis  
Tu quoq; fitq; parens Semele clarissimam Cadmi  
Progenies.patrem tibi uendicat illa tonantem.  
Securum mortis genuit te liber.at illam  
Mors rapuit,nunc esse deos polus astruit ambos.  
Herculeas posthac Alcmena puerpera uires  
Ediderat furata tuum Latoa maritum.  
Inclytus Aglaie thalamo uulcanus adhæsit:  
Vnamq; Charitis præstat lætatus habere.  
Auricomam summis Ariadien Bacchus ab astris  
Vdit ut(hanc genuit Minos)pro coniuge sumpsit:  
Hanc quoq; funereat morti turpicq; senectæ  
Iuppiter exemit:mediisq; locauit in astris.  
Herculis at postq; labor:& certamina tandem

Plurimaq; Argoi cesserunt iussa tyraani:  
Ad sua formosam cónubia uinxerat heben  
Herculeæ uirtutis honos.ea filia magna  
Iunonis magniq; Louis.cælestia thædas  
Atriaq; & diuos celebrarunt tecta iugales:  
At soli genus oceano quæ ducit aquoso  
Et Circen parit & regem Perseis Eetam.  
Formosis Idyia genis subit. illa sororem  
Persein uocat atq; socrum.nam nupsit Eetæ.  
Medeamq; illi genuit. Vos o polus omnes  
Quo uos habet:& sedes gaudet regnare beatas.  
Saluete.tibi terra parenstibi dico salutem  
Et quæcunq; uago dispergeris insula ponto.  
Nunc mihi mortalem si qua est expta maritum  
Et semen cæleste solo commiscauit imo  
Dicite uester erit labor hic quoq; dicite musæ  
Iasium fœcunda ceres heroa maritum  
Excipit.hæc ditem dederant coniubia plutum.  
Vrbs fuit Itripolis pinguis fuit insula Crete:  
Prima puer quibus exoluit cunabula pluto  
Fortunate puer pelago terraq; iacere  
Diceris:atq; domos hinc inde locare beatas:  
Quem seu fors hominem propria seu sponte sequeris:  
Diues erit:largosq; feret te dante maniplos.  
An loquar harmoniem Cadmo quæ coniuge fœta  
Inoq; & Semelen peperit:nec deerat Agaue.  
Addidit Antonoen:cuius connubia pulcher  
Legit Aristæus. multis erat ille capillis.  
A patriis subihas thebis polidore sorores.  
Calliroe neq; enim te nunc labor oceanine

Hic tacet, ingentem subiisse chrysaora coniunx  
Diceris. hinc cunctis melior mortalibus unus  
Geryones nostras datus est uenire sub auras.  
Ah puer herculeam infelix extendere famam  
Tu quoq; debes, nam te abstulit ille tuarum  
Forte bouum, testis tantæ est Erythea rapinæ.  
Indica Tithono post hac Aurora marito  
Pignora legitimo peperit duos foetos cubili.  
Aethiopum prior egregiis formosus in armis  
Rex Memnon erat. at nati si forte secundi  
Scire quod est nomen cupis Emathiona uocabant.  
Tum demum Cephalo narratur a moribus usa  
Quis phaetonta creat. diuis gratissimus ille.  
Florentes annos uiridemq; ætate iuuentam  
Comptus erat: puerum cypris cum cepit: & illum  
Nocturnum sacras fore dæmona iussit ad aras.  
Nec tacuisse uacat. sibi quam præclarus Iason  
Duxerat Esonides. ea filia phasidis etæ.  
Medeam dicūt. sanxere iugalia diui  
Vincula: nec frustra iuuenem certasse tulerunt.  
Namq; graues pelia pugnas & dura iubente  
Arma obiit. patriam tandem est regressus Iolcon:  
Caraq; nec lætæ coniunx Medea Carinæ  
Defuerat. thædis ortus Mædeus ab istis  
Dicitur, hunc Chiron in monte recepit alendum  
Phyllyrides: q; certa Iouis sic fata iubebant:  
Grandænum sunt quæ patrem sibi Nerea dicant  
Ut Thetis & psamathe. mixtæ mortalibus ambæ  
Mortales ex se foetus genuisse putantur.  
Æacete phoco psamathe formosa parentem

Effecit Thetis albentes argentea suras  
Pellea magnanimo patrem donauit Achilli.  
At uenus Anchise herois supposta cubili  
Aneam peperit nemorosa in montibus Idae:  
Edidit agrium Circe forte inq; latinum:  
Quem nulla quisq; culpa carpendo momordit  
Quis pater ambobus quatris: facundus Vlysses  
Omnibus imperio pariter duo iura dedere  
Tyrsenis longe fines extendere dicti.  
Vlctima Nausithoum concepit diua Calypso  
Lisinoum q; suo cum iam potiretur Vlysse.  
Iamq; ego si qua uiris dea sit mortalibus uisa:  
Pignoraq; ediderit: videor satis esse profatus:  
Nunc cantate nurus harum & genus heroinas  
Quæ loue quæ summo musæ gaudetis olympos.  
O modo tam digno cur me fortuna fefellit  
Codice materia cur mè priuauit honesta?  
An quo iam merito uatem fraudaret honores  
Neue suum decus esse suo furiata labori  
Ferret: & Ascræas ea nollet uiuere musas?  
Nos ea romanis an q; conuertere uerbis  
Noluit: ah si sic quanti puto conscientia diua es:  
Aemula Mombritium nolis emergere nomen,  
Quæ te causa mouet: sunt quæ nos multa ualemus  
Scribere: sunt studiis accommoda plurima nostris

Finis